



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28 Iudaeis publica officia minimè committenda. Et quare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- peñas incurruat, de quibus in cap. ex-
communicamus, §. credentes, de hereticis,
Aim. in direct. Inquisitor. par. 2. quest. 53.
num. 5. & ibi Pagn. in comment. 78. §. &
duodecim.
- 24 Libros etiam † hereticos thalmudi-
cos, aut alios Iudaicos, quomodolibet
damnatos, aut alias prohibitos, tenentes,
custodientes, vel divulgantes, aut in
quæcunque loca deferentes, aut ad eam
rem operam suam accommodantes, ei-
dem Ordinariorum, & Inquisitorum ju-
dicio subiiciuntur, ut in eadem const. §. si 29
libros hereticos, ead. pag. 1306.
- 25 Si autem † Christianos deriserint, re-
demptionis nostræ hostiam salutarem in
ara crucis immolatam Christum Domini-
num ludibrio, ac despectui habuerint,
vel quandoque, maxime vero in sacro pa-
rasceves die agnum sive ovem, aut quid
aliud cruci affixerint, aut appendent,
in eamvè conspuerint, seu quandocunque
contra ipsam fecerint, pro gravitate cri-
minis eorundem Ordinariorum, & In-
quisitorum judicio peñis sunt plectendi,
ut in eadem pagina §. si Christianos.
- 26 Id † enim semper solempne fuit He-30
bris, ut Christi genus vituperent, do-
ctrinam improbent, vitam blasphemant,
miracula pervertant, & discipulos occi-
dant, ut inquit D. Thomas super Ibai. cap.
1. col. 5. cir. med. tom. 13.
- 27 Lege etiam canonica puniuntur,
quando delinqunt contra legem suam 31
veteris testamenti, ut per Ioannem An-
dræ in cap. quod super his, il primo, de vot.
quem citat, & sequitur Felyn. in cap. 1.
num. 28. de confit.
- 28 Iudeis † publica officia committi non
debet, neque Sarracenis, neque Paga-
- nis: quoniam subtali pretextu Christia-
nis plurimum sunt infestii, conc. Toleta-
3. in cap. 14. relatum, in cap. nulla officia,
54. distin. & in cap. constituit, 17. quest.
4. cap, cum sit nimis, & cap. cum ex speciali
de Iudeis & Sarracenis. Sylvestr. in Sum. in ver.
Iudeus, nu. 7. Honor. Papa primus in sua
const. incipiens dilectus filius, §. item quod
Iudeus, Alexand. conf. 13. attentus, num. 2.
volum. 7. & ita etiam statuit Carol. II. Si-
cilia Rex, ut in cap. item statuimus, quod
Iudeus, pagina 316.
- Ratio est, † quia sunt infames, &
odiosi, eo quod insidientur fidei Christiana-
na, Roland. à Valle conf. 35. num. 9. &
16. volum. 2. Bero. conf. 28. num. 44. vo-
lum. 3. Nec etiam quodlibet aliud officium,
seu commercium per quod Christianis
aliquid gravamen ingeri possit, illis est
committendum Abb. in eodem cap. ex spe-
ciali, 1. not. Vbi etiam Felyn. & Anchra-
ran. conf. 271. num. 2. ver. ex hoc ergo,
Nec illis cum Christianis ludere, aut co-
medere licet, ut capit. ad mensam, ubi
glos. Io. de Turrecrem. num. 5. & Ar-
chid. num. 211. q. 3.
- Christianis enim † azima Iudeorum
comedere prohibitum est, etiam seorsum
ab eis, quia est cibus disretus ab eis, qui
etiam inhibetur, & clericus contrafaciens
est deponendus, laicus vero excommuni-
candus, c. nullus, & t. omnes 28. q. 1. &
Sylvestr. in vers. Iudeus num. 2.
- † Præterea, quia doctoratus est digni-
tas, ideò, nec possunt Iudei doctorari,
Bart. in l. fin. C. de Iudeis. & Felyn. in cap. 1.
numer. 4. eod. titul.
- 32 Sed si aliquibus in locis, & male, in †
arte medica doctorentur, non possunt ad
Christianorum agrotantium curam ac-
cedere,